

/ Admodum R<sup>de</sup> Pater. Cur tamdiu bulla pro D<sup>no</sup> Fornerio retarde-  
tur, neque ego in causa sum, nec scio cui culpa imputari debeat.  
Pro D<sup>no</sup> abbate Weingartensi, mox ut literas eius accepi, composui  
libellum supplicem, eumque in congregatione coram Sanctissimo Pon-  
5 tifice legi curavi, et ibidem ipso Pontifice, et cardinalibus S<sup>ti</sup>  
Offitii audientibus, exposui merita tam pii abbatis, quae tum ex  
litteris nostrorum Constantia editis, tum ex colloquio cum alumnis  
collegii Germanici collegeram. Summus Pontifex libenter audivit  
omnia, et annuit postulatis, quamvis non omnibus, quia multa erant,  
10 quae nullis conceduntur. Curo nunc bullam expediri, et cum primum  
expedita fuerit, scribam ad abbatem, bullamque transmittam.

D. Jacobo Hackero, et D. Joanni Alberti ut facultas concedatur  
legendi libros haereticorum, mox operam dabo. Sed nisi aliquis ex  
collegio Germanico, vel aliunde sollicitet expeditionem apud nota-  
15 rios S<sup>ti</sup> Officii, res in longum ibit; ego enim tam multis gravio-  
ribus negociis distineor, ut huic sollicitationi vacare non possim.  
Brevius haec omnia expediantur, si vel cardinali Paravicino, cui  
negocia Germanica curae sunt, vel rectori collegii Germanici com-  
mitterentur; mihi vero ab illis id solum commendaretur, ut memoria-  
20 lia congregationi offerrem, et merita personarum exponerem. Vale  
R<sup>de</sup> Pater, meque apud Deum precibus tuis iuva. Datum Romae, die ...

---

München, Reichsarchiv. Jesuitica in genere, fasc. 19, n. 324. Minute  
autogr. sans date ni signature.